

quam promptissime prestitissem. Expecto igitur ut
quae sint imbecillitatis meae benignior imperet, qui
si admittere tuis consiliis (ut absolvam, unde principium
dedi) testor novo me, atque iterum gratiore beneficio
obstrictum iri. Vale vir Amplissime et me ama
Hagae Non: Maij CIDIDCXLV.

Bivium Puteani, ab ipso acceperam,
gratum nihilominus fuit ab hac secundâ
manu.

Benemerico Amplissime ac Doctissime viri. (381)

Ad epistolium tuum non crediti respondendum incon-
nento Principe. Conueni autem hodie cum eâ virtutis
tuae commemoratione, quam et ei debere me intellexi,
et amicitiae quam inuicem profitemur. Ille vero se
rem omnem ait ordinibus detulisse. Ut porro Hagan-
sias oculos conuertendas esse, non in Flandriam.
Verosimile est tamen, nihil ibi decretum iri Principe
inconsulto, variisque mediis oblati, proinde ut
de offerendorum numerosis, amicis Hagisusibus com-
mittendum est, quorum non unos ex tēlex habeas
facili negotio quod voles, consequeris. Si quidem
res huc redeat, experieris utique quam officio non
desuerim, nec veritati. Vale. Scribo festinans, Felicitas
in castris III. Cal: Jul: CIDIDCXLV.

Sunt hic quorum interest quam
ociissime certiores fieri, si quid humanitas
Casembrotio, quod uelim, accidat. Rogo
illorum nomine, ut eo casu protinus
Tabellarium ad me ableges. impensa
michi cura erit.

Benemerico. Amplissime viri. (382)

Non est magnopere quod subjungam iri, quas ad Epoptas
vestros rescribo. Nisi quod suspicor Principem, cot-
lata Archiatriâ castrensi ordinariâ, facile sibi ~~peruenire~~
quempiam.